sine metu in terra somnum capere, qui terram durum
calcauerat, eoq modo sibi planam fecerat ut non iam sup-
erbiæ colliculi, non aucti inuidiæ lapilluli, non diuitiaru
spinulæ dormitantem interturbarent; suauiter ergo nullus
dubito, quin dormierit, quid mirum nunquid enim qui in
gremio qui in sinu matris dormit suauissimè dormit? non
erat matrem omnium esse terram, concedamus tamen mitius
aliquid stramen igitur fuisse dicamus. an fœnum fortitan?
certè fœnaria deinde falx decepta ex odore credo ut fœnum
demetendum esse censuit. stramen tamen fuisse magis veritati
consentaneum est, itane ô rem admirabilem tantarum virtut-
um culmen, super emortuos culmos iacet, quis non beatos
uos sortemq uestram beatam depraedicet, quibus post morte
ferre fructus obtigit in Cæli horrea inuehendos. certè nunc
uberes fructus quales ante nunquam, uerò nunc plenas
cum gratiarum, tum virtutum, atq meritorum spicas fert,
is dum hunc Eusebium fertis, causam requiret fortassis
aliquis? ~~nam~~ certè verior afferri nulla potest, nisi quia sagi-
us illos rigabat. Sed quis se nunc orationi meæ excurrendi
campus aperit! triginta enim annorum spatio Sanctissimè
in eremo transacto, cum copiosam animarum messem cern-
eret, sed prôh dolor sine operariis cerneret, cum aut id-
ololatriæ tenebris pleraq immersa, aut hæresum contag-
ione ~~foeeta~~ infecta, aut uitiorum sordibus fœdata cerneret
cum detestandum Ecclesiasticæ disciplinæ abusum contempt-